295 816 316

Jaworowski a Termino Liber

In causa et actione Judiciter vertente inter Instigatorem Judicii nostri et ipsius delatorem Generosum Joannem Chinski Notarium Castrensem Premisliensem et Coadiutorem Terrestris Premisliensis actores et Nobilem Michaelem olim Stanislai Jaworowski de Jaworowka et hered. citatum pro decernenda super ipso et bonis eius omnibus poena bannitionis una cum solutione tripliciis pretiis ex eo perceptis ideo quod ipse citatus contrarius publicas leges contributionem publicam agrariam seu Viginti Janeiis de bonis Regalibus in Capitaneatu Premisliensi per eum culti et in reali usu habitis neq ad tenutarium illius Capitaneatus neq ad manus moderni delatoris et coadiutoris persolvit quinimo potius easdem penes se retinuit quo facto poenas supra expressas incurrebit citatus ipse de his latiore Judicii termino itaq hodierno et citatione legitime deservienti partibus ipsis Instigatore vel per Nobilem Matthiam Dzianka citato vero per Nobilem Stephanum Giesnowski iudiciter factis exauditis et intellectis teneri adesse ad promovendam causam presentem delatorem censuit et quoniam actor ad promovendam causam hanc personaliter non comparuit ideo eundem a termino liberum fecit et pronunciavit agat debita iuris via simul idque in sequentibus Querelarum terminis. Officium presens Castrense Capitaneale Premisliense contrariis partium utrarumque.

Generosorum Wloskow Decretum

In causa et actione Judiciter vertente inter Generosos Zophiam Czarnowska deinde nunc adiuratricem vehitam et Generosum Vladislaum Wlosek filium olim Generosi Christophori Wlosek Secretarii sacrae Regiae Maiestatis in Wolka Suchnowska heredes actores Et Generosum Stanislaum Wlosek citatum ideo quia ipse in contrarium inscriptionis certae per modum divisionis inter eundem Generosum Stanislaum Wlosek ab una et olim Generosum Joannem Wlosek Secretarium sacrae Regiae Maiestatis Praefectum arcis Vilnensis facta ex alia et coram actis authenticis vadio mille florenorum polonicorum firmata sub vadium hoc idem mille florenorum polonicorum in partem eandem divisionem non tenentem interpositum nihilominus potius Vi et Violento modo certam partem fundi utriusque in bonis Wolka Suchnowska sit quam Generosus olim Generosus Joannes Wlosek Secretarius sacrae Regiae Maiestatis et Praefectus arcis Vilnensis a vi protestans et parens ipsius actores ab acti eiusdem divisionis vigore eiusmodi concordiae huiusque pacifice et indesinentes possessores erant et usum fructum continuum sine ullo impedimento habebant circa graniciem Szeninowska sit iam per subditos actorum in parte arati et ad seminandum parati et in parte exculti ademit occupavit et residuum quod non erat cultivatum privata auctoritate coaravit ac semine cicerum fundum alienum conseminavit regulamque iuris qua cavetur hominem alienum fundum sub privatione seminis et usus fructus seminare transgressus est et contempsit inscriptionis divisionis contravenit et vadium mille florenorum polonicorum in inscriptione ipso citatum succubuit ad quod super ipso et bonis eius decernendum una cum missione et de occupatione eorundem bonorum citatur prout in causa hic latius tractatur Hodierno itaq in termino ex citatione in praesentiis Querelarum terminis actores parati ad producendam inscriptionem vigore cuius agit concessa in modernos Querelarum terminos legitime devenientes et iudicantes conservato. Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense contraversiis partium utrarumque actores per Generosum Joannem Wlosek a se et a matre sua